6. col. 2. versic. 7. infertur, & est pulchra quaestio, & refert ibi Cumanum argumentum, quod non intelligatur tunc ista conditio, licet in fine relinquat sub dubio, dicens aequitatem suadere contrariam opinionem Socini, ibi post Joan. Bapt. de S. Sever. in *dic. §. cum autem, & in leg. in testamento, C. de testa. milit.* tenet, quod in persona filii subintelligatur, vid. ibi per eum, & pro ista opinione satisfacit ista *L.* partitum, dum in hoc versic. ponit haec verba: *Dos omes estraños*, quasi secus velit esse, quando non ambo essent extranei.

L E X XI.

Non potest testator filiis apponere conditionem in legitima. In eo tamen, quod est plus e jure institutionis relicta, potest apponi conditio potestativa. Casualis autem, vel mixta, nequaquam, sed habetur pro non apposta. Hoc dicit. Habuit originem a *leg. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testamento.*

(1) *Libremente.* Non ergo poterit a parente filio relinquere legitima, ut compenct cum debito, ad quod filio tenebatur, veluti dotis maternae, vel alias, ut in specie not. Cynus, & etiam Bald. in *fin. in leg. 2. C. de jur. dot.* Et quid si pater relinquat filiae jure institutionis aliqua bona, vel quantitatem pro legitima, & dote maternae, & bona non sufficiant ad solutionem dotis, & legitimae? Vid. notabile consilium Socini. *2. vol. consil. 225. diligentiissime, & subtiliter*, ubi etiam vide, an acceptando hoc filia si praediceret, & quae habentur in *dic. consil. Adde ad dicta Roderici Suarez in leg. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testa. 7. ampliatione*, ubi vid. de hoc.

Et quid si filius instituitur in sua legitima, & jubetur restituere Titio, qui recusans adire, & restituere compellitur a iudice: an tunc habeat locum ista *L.* ut adhuc rejecto gravamine consequatur, & retineat legitimam? Paul. de Cast. dicit, quod non, imo tunc limitabitur ista *L. & similes*, per text. quem ipse ad hoc ita intelligit in *leg. ita tamen, §. si patronus, ff. ad Trebel.* ubi Roman. dicit hoc esse novissimum dictum, sed Alexand. ibi reprobat istum intellectum, & dicit esse contra text. in *leg. pen. §. si patronus, ff. de bon. liber. vid. ibi per eum*, cujus dicta satis placent. Si tamen filius sic gravatus recusans adire, adiret, & restitueret: tunc videtur, quod cum agnoverit iudicium defuncti, non possit repetere legitimam per text. in *dic. leg. pen. §. si patronus*, & videtur de monte Alex. ubi supra.

An autem gravamen, quod per istas leges rejicitur in persona filii de legitima rejicitur, etiam in personam ejus, in quem filius transmissus jus adeundi? Istam quaestionem tractat Socin. *consil. 116. vol. 1.* incipit, *non potest negari, col. 7.* neque memini alibi me legisse, ubi concludit, quod non per pulchra verba, vide ibi per eum: & in materia, quod ipse ibidem dicit, *col. pen. versic. 6. & ultimo.* Adverte etiam, quia si pater ex facultate regia posset gravare filios in legitima, juxta ea, quae tradit Roderi. Suarez in *dic. sua elegantii repetitio, L. quoniam in prioribus, 18. limitatione: ut in ledu. L. sori consequenti, in 2. limitatione*, adhuc debet constare de voluntate expressa patris volentis gravare, & quod in dubio potius conjecturare debemus gravare noluisse, ad quod bene facit, quod dicit Oldrad. *consil. 28. visa donatione*, ubi concludit, quod si pater dat aliquid filii in vita, cum onere

to, e sin ninguna condicion, (2) deue auer el

fi-

restitutionis, & postea in testamento aliquid sibi legat jure institutionis, & vult illum esse contentum cum eo, & cum eo quod sibi donavit in vita, quod videtur propter hoc remittere onus restitutionis appositum in donatione, quod est bene notandum, neque dicit obviare consuetudinem loci, ex qua permittitur gravare in legitima, quia locum habet, secundum eum, quando de expressa voluntate testatoris appareat, alias stibitur juri communi. L. 2. C. de nexa. cap. cum dilectus de consuetu. & teneas semper menti ad istas regias facultates, ex quibus permittuntur fieri majoris in unum ex filiis, licet illi graventur in legitima, dummodo eis relinquatur alimenta, prout est de forma dictarum facultatum regalia, quod debes intelligere, dum tamen id, quod relinquitur filiis pro alimentis, relinquatur eis in quod relictum, ita quod judicetur suum proprium patrimonium, non subiacens regulis alimentorum. & ita erit transmissibile ad heredes, prout volunt Hispani Doct. nostri Doctor de Pala. Ruben. in repet. cap. per vestras, in text. col. 250. Roderic. Suarez ubi supra in dic. 2. limitatione illius L. fori. sub repetitione. L. quoniam in prioribus, fol. 62. & 63. licet contrarium voluit Baldus in leg. 1. §. jus naturale, circa fin. ff. de just. & jure, qui tamen loquitur in casu, in quo per statutum tollitur legitima, non tamen ubi minuitur salvis alimentis, & sic non recte potest allegari in contrarium, quia de mente Principis in istis facultatibus majoris non est in totum tollere legitimam, sed tantum minuire, inter que longe interest, ut pater ex nota. per Paul. de Castro. in dic. leg. quoniam in prioribus, versic. item queritur, & quod ista facultates regie se debeant intelligi, in uno tollant, sed minuant legitimam, confert notabile dictum Bald. in leg. cum leg. C. de Episc. & Cler. ubi loquitur in terminis, quando statutum ratione primogeniti, excludit secundogenitum, & si per se habeat severo contra alios filios, vel filias in taxatione talis legitime sic diminuat per sustentatione filiorum, & contra pietatis officium, tunc iudex in hoc succurrere debet, & bono arbitrio taxare, & moderare poterit, juxta qualitatem personarum, & patrimonii quantitatem, & alias circumstantias, sicut & ego pluries fieri vidi in regali auditorio, nam cum pater valde enormiter, & contra boni viri arbitrium minuit occasione talis facultatis legitimam filiorum, idem est, ac si in totum tolleretur, ut adducit Socin. consil. 50. vol. 1. colum. 5. & Domini. de Rot. decis. 18. in novis, in princip. 2. colum. & tenebitur pater ita providere aliis filiis, licet ipsi habeant aliunde, unde possent alimentari, cum principis intentio non sit in totum tollere, sed diminuire legitimam, & sic cessat, quod in contrarium sentit Abb. in cap. Raynuntius, de testa. ult. nota. an autem filius contra quem fuit imperata facultas, ut possit sibi diminui legitima, poterit isto jure uti contra patrem suum, diminuendo patri legitimam. Bald. dicit, quod non in leg. fin. versic. pone princeps. C. de fruct. & liti. expen. cetera ad istam materiam pertinentia, vid. late per Roderic. Suarez in dic. sua repeti. L. quoniam in prioribus, & per Guil. Bene, ubi ponit. 10. limitationes in repe. cap. Raynuntius, de test. fol. 352. colum. 4. & fo. sequenti est super verbo, reliquit, quibus adde quid dicendum sit in milite, an ex directa militari (de qua in leg. centurio. ff. de vulga. & pupil. & L. precibus. C. de impub. & aliis substituta. & in leg. in testamento. C. de testa. milit.) possit privare filium legitimam, quae dicam in leg. 11. incipit, compendiosa, infr. tit. 1. Adde etiam, quod substituiere filio vulgariter non reputatur gravamen, ut in specie dicit Paulus de Castro. in dic. leg. quoniam in prioribus, per leg. si postumus, §. quod vulgo, ff. de vul. ubi etiam Alex. quem vide.

(2) Condicion. Sed cum substitutio dicatur conditionalis institutio, ut in leg. coheredi, §. coheres, ff. de vulga. & pupil. in ratione, §. quod vulgo, ff. ad leg. Falcid.

si filius substituitur vulgariter, vel compendiose, & à primo gradu sit prateritus, an videatur institutus rejecta conditione, in quam fuit facta substitutio? Et videtur, quod sic per leg. si filiusfamilias substituitur, ff. de heredi. insti. & L. si pater filium, & L. ex facto, §. Larius, ff. de vulga. & pupil. & per dic. leg. quoniam in prioribus, & per istam leg. & videtur fuisse de mente Roderic. Suarez in dic. quoniam in prioribus, in 15. limitatione, & expressius habetur per Alex. in leg. si pater impuberes, ff. de vulga. & pupil. super gloss. in verbo, substituit, & probari etiam videtur in leg. scimus, §. cum autem, C. de inoffic. testam. & sic si alter filius sit institutus in primo gradu, & ei sit datus substitutus vulgariter, vel pupillariter, vel compendiose alter filius, talis filius substituitus rejecta conditione concurrerit cum instituto, quod est tenendum mentis, quia non ita declarat Roderic. ubi supra, sed advertet, quia neque Alexand. nec Roderic. ubi mentionem de Oldrald. consil. 171. thoma tale est Titius filium, col. m. 3. versic. sed queritur, ubi vult oppositum loquens in casu suo in filio substituto pupillariter, qui fuit à præcedenti gradu prateritus, & dicit non obitare dict. leg. quoniam in prioribus, neque dic. §. cum autem, & quod ostendit, quia dic. leg. quoniam in prioribus commemorat. L. omnimodo ejusdem tituli. at dic. §. cum autem, & L. sancimus, commemorat utramque, ergo oportet, quod ambe intelligantur eo casu, quo loquitur L. omnimodo, ad cuius interpretationem factæ sunt, & authent. de filiis ant. dota. instrum. natis, colla. 3. Sed L. omnimodo, circa præteritos filios nihil immutat, ut ibi dicitur in text. ergo, & c. Item L. omnimodo, invenit petitionem supplementi, & circa illud versatur intentio illarum trium LL. & hoc rationem supplementum dicit duo unum præteritos alius ei accedens sine prioris tamen interitu, argoment. L. fin. ff. de divers. & tempera. prescript. L. Pomponius, §. cum quis, ff. de acquir. pos. Item hoc supplementum fit dupliciter, vere scilicet, per accessionem quantitatis, ad quantitatem, vel speciem, vel speciei ad quantitatem, vel speciem ut loquitur L. omnimodo, & interpretabitur per amotionem conditionis adjectæ institutioni factæ ex legitima, vel modi, vel dilationis, vel alterius cujuscumque gravaminis capiendi, tamen modus non mutatur, sed repræsentatur, argum. L. hereditas, ff. de heredi. insti. unde si quis advertat ad leg. scimus, §. cum autem, legitima, quæ ibi repræsentatur, non expectata die universali fideicommissi adjecta, non capitur jure directo, sed jure fideicommissi, & per restitutionem de manu heredis faciendam, ut ibi dicit litera, dum subdit quare quidem patris restitutio, & c. & sic non mutatur capiendi modus, neque primus interimitur, sed in proposito per amotionem conditionis adjectæ de pupillari substitutioni non solum succedendi modus repræsentatur, sed gradus ipse perimitur. L. fin. §. 2. ibi: sed si existerit conditio, ff. de vulga. & pupilla. ut hæc, & alia in isto proposito adducit Oldrald. ubi supra, confirmatur hoc, quia illud, quod dicitur, quod testamentum potest incipere à tacita vulgari contenta in expressa pupillari, & si filius succedat ex tali tacita vulgari satis dicitur institutus, ut probatur in leg. si pater filium, & ibi Bart. ff. de vulga. & pupilla, tamen hoc procedit, secundum terminos dic. leg. si pater filium, scilicet, quando filius natus, qui fuit filio jam nato substitutus invenit tempore, quo nascitur purificatam conditionem, sub qua est substitutus, quia tunc non potest dici prateritus per leg. cum postumus, ff. de liber. & postum. non ergo procedet, quando filius aliquo tempore reperiretur prateritus à primo gradu conditione non purificata. Sed quidquid dicat Oldrald. qui in hoc adheret dictis antiquorum in questione illa, an conditio casualis, vel mixta, sub qua filius fuit substitutus, rejiciatur de legitima, juxta nota. per Doct. in leg. si pater, C. de institutio, & substitut. & in leg. suus quoque, in princ. ff. de ha-

Ley 1. sijo (3) su legitima parte de los bienes de su padre. 8. dre, e de su madre, segund diximos en el Titulo, de quien puede hacer testamento, o quien non, en la ley que comienza, Religiosa vida. Pero si el padre quisiere establecer su fijo por heredero en mas de su parte legitima, en aquello que le dexa demas, bien puede el padre po-

Partida VI.

hered. insti. & in dict. leg. quoniam in prioribus, pro eo, quod prius dixi, videtur casus in dicto §. cum autem, ex cuius decisione inferitur, quod cum hodie legitima debet relinqui filio, titulo institutionis, secundum jura authenticarum, & istarum LL. Partitarum, si filius substituitur in eventum alicujus conditionis alteri heredi instituto rejecta conditione concurrere debet cum instituto prout habetur in dict. §. cum autem.

(3) El sijo. Idem dic in nepote, vel pronepote primo locum obtinente, ut probatur in dict. leg. omnimodo, & dict. leg. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam. ubi vi. Roderic. quarta ampliacione, & idem dic de ascendibus, & patronis, & etiam in fratribus quando turpis persona heres instituitur ab eo, nam isti etiam non possunt gravari in legitima, ut dicit glo. nota. in autentica de heredi. & falcid. §. si vero expremum, colla. 1. in glo. prima, L. Pantbonius, §. fin. ff. si quis à paren. fuer. manu. vide etiam per Roderic. in dict. leg. quoniam in prioribus, §. 6. ampliacione, & probatur optimè in L. 6. in ordina. Tauri.

(4) Que es en poder. Probatur ergo hic, quod in legitima quæcumque conditio potestativa, etiam si sit facilis, rejicitur, de legitima, sustentatur vero in residuo ultra legitimam, unde & illa conditio si volit rejicitur de legitima ut hic, tenet Bald. in dict. leg. quoniam in prioribus. Joan. de Imol. in leg. fina. de conditio. ff. insti. & in leg. jam dubitari colum. 7. ff. de heredi. insti. & Roderic. in dict. leg. quoniam in prioribus, §. 6. ampliacione.

(5) No empescen al sijo. De hoc vid. Roderic. ubi supra secunda ampliacione, qui legitimum istum intelligit quando solus filius erat heres institutus ne obstat. L. scimus, §. cum autem, C. de inoffic. testa. cui adde Paul. de Castro in leg. suus quoque, in princ. col. 2. ff. de heredi. insti. ubi in isto casu querit rejecta conditione de legitima quid erit de residuo, & respondet, quod si non habebat coheredem, vel substitutum, totum sibi accrescit: quoniam in omnem eventum est illud habiturus, sive deficiat conditio, sive non, si tamen habebit coheredem, vel substitutum spectabitur eventus conditionis, quæ si non existat illud residuum pervenit, & ad coheredem, vel substitutum; si tamen existat, accrescit sibi sine nova additione, sicut videmus in eo, qui est substitut. partim purè, partim sub conditione, ut ff. de heredi. insti. L. si liber homo, §. titius ex semisse, & licet Roder. Suar. post multa ita velit intelligi istam L. Particæ, semper tamen visus est remanere cum aliquo scrupulo erga intellectum verum hujus L. subdens se non determinat asserere, sed ut peritior daret occasionem, aut probandi, aut corrigendi, dicens hoc esse magnæ importancie in practica; ego verò, licet imperitius, cogitabam istum intellectum non convenire huic L. Partitarum: tum quia divinatorius cum in hac leg. nulla mentio sit, quod habuerit filius coheredem, vel substitutum, vel quod non habuerit, tum etiam quia ista L. juxta leg. suus quoque, & alias leges juris communis facit differentiam, an filius instituitur sub conditione potestativa, an sub casuali, vel mixta, ut primo casu rejecta conditione potestativa de legitima, juxta dictam leg. quoniam in prioribus, & istam leg. teneat institutio conditionalis in residuo, & expectetur conditio. Secundo vero casu non solum rejiciatur conditio de legitima, sed neque etiam respectu residui expectetur, & si tunc ista leg. intelligi deberet quando non fuit datus coheres, vel substitutus, dicendum esset nullam in utraque conditione faciendam esse differen-

tiam, quia utroque casu non esset expectandus conditionis eventus, cum in omnem eventum illud esset habiturus, restat ergo, quod ut ista differentia inter conditionem potestativam, & inter casualem, vel mixtam possit hic applicari de necessitate, debemus intelligere, quod fuerit datus in ista leg. substitutus, vel coheres, & tunc versatur labor in respondendo ad dictam leg. scimus, §. cum autem, ubi habetur, quod in residuo ultra legitimam, non rejicitur conditio casualis, vel mixta, forte postea non improbabilius dicit, quod cum ille §. cum autem, quatenus innuit, quod legitima possit filio relinqui titulo fideicommissi, sicut & alie LL. illius tituli disponentur, ut habetur in leg. omnimodo eodem titulo, sic correctus per jus authenticarum ex mente Doctor. ibi cum legitima hodie relinqui debeat titulo institutionis, ut in authent. ut cum de appellat. cognof. §. aliud quoque capitulum colla. 8. & in leg. 5. tit. 8. infr. eadem partita, per que jura rediit ad antiquas LL. secundum quas filius institui non poterat sub conditione casuali, vel mixta, & licet dic. §. cum autem, sit incorrectus, quatenus etiam disponit, quod conditio casualis, vel mixta rejiciatur de legitima, & testamentum teneat, ut in leg. 9. supra eod. & ibi dixi, tamen non potest negari quin in legitima simul, & in residuo legitime pater hodie non potest filium instituire sub conditione casuali, vel mixta, sicut erat per LL. antiquas ante LL. C. si ergo institutio peccet in forma, ut si fiat sub conditione casuali, vel mixta, rejecta conditione, tenebit testamentum, & eventus talis conditionis, etiam dato coherede, vel substituto, non expectabitur, & quod per dict. LL. antiquas disponebatur, ut filius taliter institutus possit dicere testamentum nullum, hodie per istas LL. Partitarum, licet hoc non possit dicere, & testamentum teneat: tamen dicere poterit filius, conditionem talem sibi non potuisse apponi, & ejus eventum nullatenus esse expectandum, oporteret ergo patrem esse cautum, ut filium instituat in legitima, vel parte legitime puræ, non sub conditione casuali, vel mixta, vel in residuo instituat alium, vel si instituat filium in omnibus bonis gravet, si velit, ut alteri restituat residuum purè, vel sub conditione, & similiter poterit filium instituire in legitima, & in residuo sub conditione casuali, vel mixta, dato sibi coherede, vel substituto, ut hæc omnia probantur in dict. leg. 5. tit. 8. infr. eand. part. si autem filium institueret sub conditione casuali, vel mixta, tam in residuo, quam in legitima, vel simpliciter, tunc procederet hujus leg. dispositio etiam dato sibi coherede, vel substituto, & forte idem esset dicendum attendi LL. juris communis, & sic quod non procedant dicta Paul. de Castro, in dict. leg. suus quoque, & Cin. in leg. si pater, C. de institut. & substit. & sic quod in hoc L. ista partitarum non corrigat jus commune, se declaret, nam supposito quod talis conditio rejiciatur de legitima, & testamentum teneat secundum Bart. & Doct. ut dixi in dict. leg. 9. supra. eo. erat necessaria declaratio, quid erat faciendum de residuo, quod non reperitur declaratum de jure communi, & ista L. partita declarat, neque obstat, L. si te solum, & L. si quis ita scripserit, ff. de heredi. insti. quia loquuntur in casu, in quo nullum peccatum fuit in forma institutionis, & ibi etiam extraneus est ille, qui instituitur non filius, sed hoc casu. Præterea & in istis legibus, & in dict. leg. si liber homo, §. titius, institutio fuit pro parte pura, & in parte conditionalis: & nullum, ut dixi, fuit peccatum in forma: in institutione vero filii elicit sit etiam de jure communi dicendum, quod ista L.

LEY

H

pat-

L E Y XII.

Como, aquel que es establecido por heredero sin Condicion ninguna, puede entrar la herencia, aunque la condicion que es puesta a su compañero, non sea cumplida.

Si el testador (1) estableciere a dos omes por herederos, al uno lo condicion que puede ser, (2) e al otro simplemente, este atal a quien non fuere puesta condicion, luego que sea muerto el testador, puede entrar en sus bienes, en aquella parte en que le establecieron por heredero; e el otro que es establecido con la condicion sobredicha, non puede entrar (3) en la su parte, a menos de ser cumplida (4) primeramente la condicion, lo que fue establecido por heredero.

L E Y XIII.

Como deuen ser cumplidas las Condiciones, que son puestas en los establecimientos de los herederos ayuntada mente, o so dparamiento.

Ponen les testadores, a las vegadas, muchas condiciones a los herederos ayuntadamente;

paritarum optimè declarat: in conditione verò potestativa rectè distinguitur, habuerit filius in residuo legitime coheredem, vel substitutum, vel non: quia institutio non peccat in forma, & in tali conditione loquitur Joan. de Imol. relatus à Rode. in leg. jam dubitari 7. col. ff. de here. instit. vers. & hac opinio tutior videtur intelligendo eam sane, &c. & non in conditione casuali, vel mixta, confirmantur ista aforiacione insignis Doct. Anto. de But. consil. 69. incipit nisi acribus, & juris ubi vult, quod dicto §. cum autem, nihil de jure antiquo immuret, quando filius habet heredes institutos: cum ergo per LL. antiquas filius institutus sub conditione casuali, vel mixta habeat totam hereditatem, neque curabatur in aliquo de talibus conditionibus, etiam in residuo ultra legitimam, etiam si daretur sibi coheres, vel substitutus, idem erit etiam hodie dicendum, nec obstat, §. cum autem, qui loquitur secundum jura C. secundum, quæ sufficiebat quoquo relicti titulo legitimam filio relicto absque honorabili titulo institutionis, & videtur ad conformacionem prædictorum, quod hæc L. approbare voluit opinionem Odrali. in dist. leg. quoniam in prioribus, quum ibi refert Aber. col. 1. vers. vel posse dicere, quatenus dicit, quod etiam filius instituitur sub conditione casuali, vel mixta in legitima, & ultra legitimam, quod ut legitime manere debeat integra filio, tales conditiones remouentur, seu habentur pro non appositis.

L E X XII.

Uno hærede in parte purè, alio in alia sub possibili conditione instituit, primò institutus potest statim per mortem testantis suam partem agnoscere, alius autem non, donec conditio impleatur. Hoc dicit.

- (1) Si el testador. Adde ad istam leg. L. si liber homo. §. si ita scriptum ff. de here. institut.
- (2) Que puede ser. Dic ut supra eodem L. prima.
- (3) Non puede entrar. Adde L. si is, qui heres ff. de acqui. here. & limita, ut in leg. si quis instituitur, ff. de here. instit. in princ. & in §. 1. & L. 2. §. si sub conditione, ff. de bono poss. secundum tabul.
- (4) Cumpilada. Et si tempus non sit adjectum quando conditio impleri debeat, parebo conditioni quando uoluerò, secundum Azo. C. de condit. insert. in summa col. 2. vers. & siquidem, ubi respondet ad leg. hac conditio, quæ contradicere videtur ff. de condit. & demonstra. adde Bal. in leg. si pater, col. fi. C. de instit. & substitut. vers. 5. quæritur; si verò tempus sit adjectum, infra illud tempus parere debeo, & computatur tempus à die aditæ hereditatis, non autem à morte testatoris, ut ff. de condit. & demonstra. L. si in diem.

a las vegadas, las ponen fo departimiento. E ayuntadamente pueden ser puestas en esta manera; como si dixesse el testador: Establezco a fulano por mio heredero, si fiziere tal Iglesia, o tal Ospital, e diere tantos maravedis a pobres. Quando el testador pone tales condiciones (1) como estas, o otras semejantes dellas, todas en vno, estonce conviene en todas guisas que las cumpla el heredero, para valer tal establecimiento. E el ayuntamiento destas condiciones se face por esta palabra, e. (2) E las condiciones pueden ser puestas departidamente, en esta manera; como si dixesse el testador: Establezco por mi heredero a fulano, si diere cient maravedis por mi anima, o si fiziere tal Iglesia, o tal Monasterio. E estonce dezimos, que abonda para valer tal establecimiento, si el heredero cumple alguna dellas. (3) E el departimiento destas condiciones se face por esta palabra, o. Otrofo dezimos, que si el testador pone vna condicion, sobre muchos omes que estableciere por sus herederos; si qualquier dellos cum-

L E X XIII.

Pluribus conditionibus conjunctim appositis hæredi omnes adimpleri debent, alias testamentum erit invalidum; sed si disjunctivè ponantur, sufficit unum impleri. Hoc dicit.

(1) Tales condiciones. Ex hoc sume, quod condiciones plures debent esse tendentes ad diversa implementa, & diversum finem attenta mente testatoris, qui utramque conditionem voluit adimpleri, nec ejus mens, & intentio verificatur, una tantum conditione impleta, secus namque esset, si plures condiciones etiam copulativè positæ, tenderent ad unum finem, & qualibet earum impleta verificaretur, & impleteretur, quod ex earum implemento præterdebat testator, nam tunc sufficeret, cujuslibet earum implementum veluti, si testator dicit, si ille mortuus sit sine liberis, & presbyter fuerit, talis sit hæres, vel talem substituo, nam tunc cum mens testatoris fuerit providere de substituto propter carentiam liberorum, quæ ita inducitur ex presbyteratu, sicut ex morte sine liberis sufficeret conditionem præbyteratus extare, ut latè concludit Alex. consil. 100. volu. 4. incipien. Visa parte testamenti, &c. tali enim casu in effectu ex mente testatoris ambæ condiciones sunt purificatæ, & quod hic dicitur in institutione, idem dicat in substitutione, si plures condiciones in ea copulativè ponatur, cum & substitutio sit secunda institutio, & ita in substitutione consuluit Petrus de Anchara, consil. 266. incip. iste Magister Gerardus, & Ludo. Roma. consil. 131. 1. dubit. &c. & consil. 138. nova supervenit. Decius consil. 89. & consil. 417. vilis consilii clarissimor. Doct. &c.

(2) Esta palabra, e. Et an substitutio vulgaris facta duobus copulativè habeat locum in persona unius, vel intelligatur in persona utriusque, vid. Bart. & Deci. in leg. quævis, C. de impub. & aliis substitut. & adde ad istam leg. L. 24. & ibi dixi tit. 13. §. 4. part. si tamen non esset una institutio sub duobus conditionibus copulativè positis, sed sint duæ, vel plures institutiones ejsdem personæ, eodem contextu factæ, tunc purificabitur institutio ex illa conditione, quæ prius evenerit, ut in dist. leg. si plures, ff. de condit. institut. si verò ex intervallo facta fuerit, secundam instituit, in eadem proportionem sub diversa conditione, tunc videtur recessum à prima, & purificabitur existente conditione secundo loco posita L. quod traditum, & L. non ad ea, ff. de condit. & demonstra. secundum Paul. de Cast. in dist. leg. si plures, gloss. tamen ibi, & Bart. volunt quod fiat hoc ultimo casu differentia inter legata, & institutiones: vid. ibi, & in opinionem gloss. & Bart. inclinat Joan. Fab. in §. si plures, instit. de here. instit.

(3) Alguna dellas. Sufficit enim ad veritatem disjuncti-

cumple (4) la condicion, valdra el establecimiento, maguer todos non lo cumplan. E esto seria, como si dixesse el testador: Establezco a mis siervos por mis herederos, si fueren mios quando yo finare, Ca, maguer estonce non fuessen fuyos todos, si acalcere que lo sea el vno, (5) aquel heredera los bienes del testador, que era fuyo a la sazón.

L E Y XIII.

Como deve el heredero aver la herencia, si non finco por el, de cumplir la Condicion, so que fue establecido.

EN manda, o en establecimiento del heredero, poniendo condicion el testador, dezimos, que si la condicion fuere atal, que es empederio de aquel a quien es puesta, de la cumplir, si la Partida VI.

Canille
lib. 3. con-
trou. cap.
2º penult

v2 alteram esse veram, ut hic, & in leg. si hæredi plures, ff. eod. & in §. si plures, instit. de here. instit. quod limita, nisi aliud esset de mente testantis, ut in leg. generaliter, in princ. C. de instit. & substitut. cujus L. dispositio, an procederet, si daretur capacitas in instituto, vid. per Roder. sua allega. 27. ubi late conatur probare, quod non, & de illius L. intellectu, ultra Doct. ibi vid. elegans consilium Soci. 52. volum. 1.

(4) Qualquier dellos cumple. Et sic habes hic, & in leg. 2. §. fin. ff. eod. quod una pluralitas geminat plures singularitates, ubi pluralitas respicit plures, & varios effectus in singulis pluristorum, adde L. falsa, §. fin. ff. de condit. & demonstra. & in leg. 2. §. fin. ff. eod. secus si unum tantum effectum producit, & sic intelligitur L. quævis, & L. penult. C. de impub. & aliis substitut. secundum Angel. in dist. leg. falsa, §. fin.

(5) Que lo sea el vno. Adde L. secundam, §. fin. ff. eod. L. E X XIII.

Si conditio potestativa hæredi, vel legatario apposita casu non potest adimpleri, habetur pro impleta, si autem est mixta, ut lego tibi centum, si cum tali nupteris: & ipsa moriatur antequam impleri potest, vel tu moriatis, non habetur pro impleta, ubi vero ipsa velit, sed tu nolis habetur pro defecta, nisi ipsa sit talis cum qua tibi non licet de jure contrahere. Hoc dicit. Habuit ortum à cap. sicut ex litteris de spon.

(1) Valdra el establecimiento. Adde L. qua sub conditione, §. quatenus, ff. de condit. institut. & gloss. in leg. 1. C. de instit. & substitut. ubi hoc limita, nisi hæres fuerit in mora ante mortem servi, qui debebat manumitti per leg. penult. §. 1. ff. de condit. & demonstra.

(2) Sin culpa. Videtur ex ista leg. probari, quod si servus occidatur ab alio tertio, conditio habeatur pro impleta, ac si naturaliter moreretur cum dicit: moriense, à periendo, en otra manera sin culpa, &c. Et sic si servus occidatur à tertio, vivo testatore, licet non competat actio contra occisorem ad extimacionem hereditatis, tamen respectu consequendi hereditatem, conditio habeatur pro impleta, licet contrarium voluit gloss. communiter ibidem approbata in verbo retrorsum, in leg. inde neratius, §. idem julianus, ff. ad leg. aquil. sed quod dixi tenet Jo. de Imo. & Soci. in leg. in testamento, 31. ff. de condit. & demonstra. & satis præteritur hic: si tamen servus à tertio occideretur post mortem testatoris, tunc si occisor esset solvendo pretium hereditatis, conditio non habetur pro impleta: sed agitur contra occisorem, ut in dist. §. idem Julianus, & ibi gloss. Soci. tamen ubi supra, vult, quod etiam isto casu habeatur pro impleta, licet & hoc casu datur actio contra occisorem in ejus odium veluti non impleta conditione, vid. per eum in 1. & 2. colum. sed tu vide L. 22. tit. 9. infra ead. part. & quæ ibi dicam.

non cumple por alguna ocasion que acalce, de guita, que non finque por el de la cumplir, valdra el establecimiento (1) del heredero, o la manda. E esto seria, como si el testador dixesse: Establezco a fulano por mio heredero; (o: Mandole tal cosa), si aforrare tal siervo que ha. Ca, si este atal ouiere voluntad de cumplir lo que el testador mando, e non finco por el, mas por alguna ocasion que acalcio en la persona del siervo, muriendose, o perdiendose en otra manera, sin culpa (2) del que le deuia aforrar; por tal razon como esta non se embargaria el heredamiento, nin la manda, que asi fuere fecha. Pero si el testador, que face el testamento, dixesse: Mando a tal muger cient maravedis; o, fagola mia heredera, si casare con tal ome; (3) si acalcere que la muger fe muera, (4) o aquel con quien la mandava ca-

(3) Si casare con tal ome. Quid è contra, ut si dixerat, si talis homo cum ea matrimonium contrahat, an hereditas debeat, si non fiat per mulierem, sed per illum hominem? Videtur, quod non ex quo conditio apposita est principaliter in personam talis hominis, & sic in potestate esse debet, si velit nubere, vel non, ut in l. cum ab eo, ff. de contrahen. emp. & ita tenet Jacob. de Rabe. & Cin. in leg. 1. C. de inst. & substitut. Joan. de Imol. & Rapha. Cum. in leg. in testamento, 31. ff. de condit. & demonstra. gloss. tamen in leg. inde Neratius, §. idem Julianus. 2. in verb. quia retrorsum, ff. ad leg. Aquil. tenet contrarium Alexand. in dist. leg. licet prio. allegat per dict. gloss. tandem dicit tutius esse tenere cum opin. Jacob. de Rave. & aliorum, fortè in hoc considerari debet ejus intuitu, & favore testator voluit, ut matrimonium contraheretur, nam si favore mulieris instituta, vel cui fuit legatum hoc fiat, si non stet per ipsum conlegui debet hereditatem, vel legatum, si verò testator hoc fecit intuitu, & favore illius hominis, si contraheret cum ista muliere: tunc cum ejus voluntatem relinquitur, & ejus favore fecit, si ipse nolit contrahere non debebitur hereditas, vel legatum, & facit ad hoc L. servo legato, §. si testator ff. de lega. 1. & ad istam distinctionem facit etiam, quod dicit gloss. in dist. leg. 1. in princ. gloss. magna, in quantum distinguit. Erat testator, alias relictorus, vel non, facit etiam Ill. illis libertis, in fin. ff. de condit. & demonstra.

(4) Se muera. Et sic, si conditio mixta deficit per casum, habetur pro non impleta, L. legato, C. de condit. insert. L. in testamento, 31. ff. de condit. & demonstra. & quid si pro parte conditio impleatur, pro parte deficit, casu, vid. leg. pen. §. 1. ff. de cond. & demonstra. & quid in legato libertatis, vol ad pias causas, vid. L. cum ita datur, ff. eod. & in legato alimentorum, vide leg. annua, ff. de annuis lega. & Barto. in leg. illis libertis ff. de condit. & demonstra. & quid si mulier impediatur ab aliquo tertio, ne possit contrahere, & non ab illo cum quo debeat contrahere? gloss. in dist. leg. in testamento 31. ff. de condit. & demonstra. dum allegat. L. 3. §. fin. ff. de condit. ob cons. vult tunc idem esse, ac si casu fortuito conditio defecisset. Barr. ibi distinguit, an ille tertius impediatur directo vel per consequentiam, aut dubitatur: vide ibi per eum, & per Joan. de Imol. & Socin. col. 6. vers. 7. casus, & vid. bonum text. & ibi Bart. in leg. Titius si status, 14. ff. eod. tit. de condit. & demonstra. & L. Mævia. in princ. & ibi Bart. ff. de annuis legat. tamen illa L. mævia loquitur, quando conditio deficit propter factum illius, in cujus persona debebat impleri, ut etiam est casus hujus leg. paritarum. Item etiam in dist. leg. Titius, conditio impeditur ab eo, sine quo conditio impleri non poterat: cum ejus licentia requireretur, secus si impeditur à tertio, cujus consensus non requirit ad implementum, nam tunc videtur perinde judicandum, ac si conditio